



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Conivgio Doctrina**

**Wigand, Johann**

**Jhenæ**

**VD16 W 2745**

**II. Ratiocinatio.**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36207**

SACERDOTVM.

*Quid est mundicies, sed est balneum  
Diaboli, & palus infernalis, omni spirituali &  
corporali mundiciei contraria.*

*Addo & istud. Quis unquam dixit solos  
sacerdotes Mundos esse debere? An non tota Ec-  
clesia Dei alias praecipiunt, ut sint mundi, iux-  
ta dictum: Sancti esto, quia ego sanctus sum.  
Ergo iuxta Dialetticam Antichristi omnibus  
membris Ecclesia Christi prohibetur honestum  
coniugium. Extra controversonam enim est, quod  
non requiratur maior sanctitas in sacerdote  
quam in quolibet Christi membro. Differunt  
quidem Vocationes, & opera vocationis, diffe-  
runt & dona, sed unus omnium est Christus,  
una doctrina, unus baptismus, una iusticia per  
fidem, unus sanctificator Spiritus sanctus, una  
vita eterna, ac Spiritus Dei operatur, ubi,  
quando, & quantum vult. Inde si, ut sutor ali-  
quis interdum plus pietatis habeat, quam Ere-  
mita. Agricola, plus sanctitatis interdum habe-  
at, quam sacrificulus aut Episcopus. *Quia san-  
ctitas & Mundicies non sunt ullum hominum  
ordinem alligata. Spiritus, ubi vult spirat, i-*  
*quit Christus Iohann: 3.**

II.

RATIOCINATIO.

X 3

Sacerdo-

DE CONIVG.

Sacerdotes veteris Testamenti rem dini-  
tanam facturis, eo tempore abstinebant ab uxo-  
ribus.

Ergo muliò magis sacerdotes in novo Te-  
stamento, debent abiurare & perpetuo vivere  
bonestam coniugium.

Respondeo. Nego consequentiam, quia  
nulla est connexio, hoc est sunt scopae dissolue.  
Nam sacerdotes veteris Testamenti, hoc ex pre-  
ceptio Dei faciebant. Pontificij sacerdotes, non ha-  
bent ullum mandatum Dei, de abiurando atq;  
vitando in eo vita genere, honesto coniugio. Imo  
attende, quid Apostolus ille excellens, qui in ter-  
tio caelo fuit, tibi occinat: Esse inquit doctrinam  
demoniorum, prohibere coniugia. Ergo ista lex,  
de sacerdotum perpetuo coelibatu, non Dei est  
doctrina, sed Diabolorum multorum, non Chris-  
ti, sed Antichristi, non spiritus sancti, sed spiri-  
tuum impostorum x. Timoth. 4. Obiempora  
igitur tu miselle homo, vovens & iurans perpe-  
tuam evitacionem Coniugij, sine Dei precepto, &  
dono peculiari cuiusnam? Num Deo patri?  
Non. Num Christo? Non. Num spiritui san-  
cto? Non. Sed ipsissimo Diabolo, teste Apostolo  
Paulo 1. Timoth. 4.

Item, Ad breue tempus tanum sacerdotes  
Mosaici, à consuetudine coniugali abstinebant,  
postea

SACERDOTVM.

posse a coniugio iterum vivi bantur, iuxta Dei inse-  
stitionem. At vos creature Papæ, totum con-  
iugium abiuratis contra Naturam vestram, &  
contra Dei ordinationem, & præcepimus.

Externus sacerdotum status, à Moysi insti-  
tutus, est abrogatus. Ergo & talis ruus. Nam  
error Antichristi est, in novo Testamento, aliud  
externum sacerdotium, quod rite oblationes ce-  
lebret, ad imitationem veteris, esse necessarium.  
Tota enim epistola ad Hebreos, hunc errorem re-  
darguit & confutar, granissimisq; argumentis  
adstruit arguunt, unicâ oblatione consumma-  
tos esse sanctos, & externum Mosis sacerdotum  
esse abrogatum. Et si enim Ecclesia Christi, ordi-  
nis gratia, deligit doctores, & Sacramentorum  
dispensatores, tamen quilibet Christianus, spiri-  
tualis est sacerdos, Roma. 12. 1. Petri 2. Apoca-  
1. Totam autem huius Argumentum extrinsecu-  
nem, non nihil insufficiamus. Sic autem conig-  
natur:

Quicquid sacerdotum veteris Te-  
stamenti, id muli magis, laiusq; tenentur sa-  
cerdotes novi Testamenti facere.

Sed sacerdotes veteris Testamenti, eo tem-  
pore, quo rem dininam falliri erant, abstinebant  
& Coniugibus.

T A

Ergo

DE CONIVG.

Ergo sacerdotes noui Testamenti, tenemur  
OMNINO ab honesto Coniugio abstinere.

Respondeo. Maior est delira, & impia,  
quia non habet ullum Dei verbum: Insuper ve-  
tus illud atq; externum sacerdotium, est abroga-  
tum: De novo autem externo sacerdotio in reg-  
no Christi, non extat mandatum diuinum. Imi-  
tatio autem in rebus sacris, absq; Dei praecepio,  
non tantum stulticia, sed & impietas est. Nam  
hac Dei vox, ad omnes pertinet. Non facies,  
quod tibi bonum videatur, sed quod EGO ubi  
principio, hoc TANTVM facies.

Deinde in Conclusione sunt plura, quam  
in premissis. Et quenam est ista hac collatio? Ipsi  
ad breue tempus abstinerunt ex mandato Dei.  
Ergo nos per iustum vita tempus, omnino abstine-  
bimus, idq; sine mandato. Quid est phanasi-  
mus, si hoc non est? Ab omni ratione abhorret,  
tam stolido & furioso ratiocinari. Sed Anti-  
christi Romani illusiones, hoc est doctrinam de-  
moniorum, non decet alijs fundementis nui. In-  
super reprobam prorsus mentem arguit, quod de  
tam insulsis argumentis moniti Ponitici, idem  
nullo prorsus labore suffunduntur. Sed amantes  
ac furentes, notas Antichristi reuinere cupiunt.

III.

RATI-